

MISAE

TOI 9

OLL 1000

NIEN-



Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reipol.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio vigesima Sexta

De

CIRCUMCISIONE

ET

Dulcissimo nomine JESU.

Quam.

Annunte Θεανθρώπου

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI
S. S. Theol. D. & P. P.

*In privato Collegio ad disputandum,
proponit*

M. BARTHOLOMÆUS DAVID
Sanderslebenensis Anhaltinus,


*Habebitur ad diem 12. Septemb. boris pome-
ridianis*

In auditorio minori.

WITEBERGÆ

Johannes Gorman excudebat,

Anno cl. 13 CXIX.



CONINUATIO.

Luculentissimè Lucas præ alijs Evangelistis hi-
storiam infantia & pueritæ Christi ætatis per-
textam reliquit, ut ipsemet in Evangelij sui exor-
dio v. 3. testatur, se ἀπὸ γεννητῆς αἰῆς περ-
vestigasse. Nam cum præcursoris Salvatoris nostri
nativitatem descripsisset, & ad angeli annuncia-
tionem Immanuelis nostri JESU CHRISTI con-
ceptionem partumq; retulisset, statim etiam subse-
quentem vitam, qui circumciscus & vocatus, qui in
templo presentatus, qui à Simeone in ulnas receptus
& commendatus fuerit, qui etiã Anna Prophetissa
accesserit, qui Hierosolymis in templo cum Magistris
& Doctorib; disputaverit. atq; 12. m; q; annum t. obis
exponit. Nos cæteris partibus jam pridem actis par-
tim in posteriorib; agendis jam de Circumcisio-
ne, quam Christus in benedictâ suâ carne susce-
pit, & dulcissimo nomine JESU ipsi in circum-
cissione in isto duabus sectionibus agemus. Ne
autem ἀπὸ τοῦτος progredi videamur in priori-
tris, in posteriori verò quatuor pertractabimus
capita, in priori I. erit quare Christus cir-
cumciscus. II. num etiam hodiè circum-
cisio adhiberi debeat. III. meditatio Pra-
ctica. In posteriori agemus I. de nomi-
nis JESU impositione, derivatione itemq;
significatione. II. de hujus novitate III de
ejusdem contemptoribus, & IV. tandem
meditationem Practicam subjungemus.

SECTIO I.

A 2

TME

THESIS I.

CAPVT I. Circumcidi Christus voluit i. in legis comple-
 mentum. Potest Christus Θεός & dupli-
 citer considerari, absolute & relatè. Absolute &
 ratione sui circumcissione non indiguit, circumci-
 sio enim instituta erat ad applicandum & obsi-
 gnandum fœdus DEI, de gratuita remissione pec-
 catorum, jam verò Christus fœdere hoc non indige-
 bat, respectu quippe divinitatis legis erat Dominus;
 respectu verò humanitatis conceptus erat de Spiri-
 tu sancto, Matth. 18. erat sanctus, Luc 1, 35. non fe-
 cerat iniquitatem, ut nec in eius ore inventus sit do-
 lus, Esai. 53, 9, innocens erat, impollutus, segregatus
 à peccatoribus, Hebr. 7, 26, & sic undiquaq; perfe-
 ctus, in quo nihil superfluum vel in carne vel in
 mente, quod per circumcissionem amputandū esset.
 II. Relatè & respectu nostri, quatenus pro nobis
 factus maledictum, Gal. 3, 13. & peccatum, 2.
 Cor. 5, 21. (nō subjective vel infusivè, sed imputati-
 vè & relativè) & hoc modo circumcidi voluit, ne
 nos interminatio ista Iehovæ Gen. 17, 14. feriret,
 eius n. circumcisio nostra est circumcisio, Col. 2, 11
 & dum circumcidi se passus est totius legis debito-
 rem se fecit, Gal. 5, 3. ut legem hæc ratione imple-
 ret, Matth 5, 17. & nos qui sub lege eramus, redi-
 meret & in adoptionem filiorum reciperemur, Ga-
 lat. 4, 4. & c. sicq; ipsius obedientia iusti essemus
 Rom. 5, 19. & vere liberi, Iob. 8, 36.
 III. Qemadmodum igitur non sibi sed nobis natus,
 non sibi, sed nobis datus dicitur; sic etiam nostri
 sunt atq; causa circumcidi, & innocentis sanguinis

sui primitias (cū sine sanguinis effusione nulla fiat remissio, Heb. 9, 22.) effundere voluit. Vnde Bern-

serm. 2. de
Circumcis.
l. 4. de orth
fide C. 26.

IV. II. In humanitatis suæ argumentum; Ut reipsā comprobaret, se non adsumpsisse corpus imaginariū sive phantasticum ad apparentiam saltem tale, ut Docetæ & Manichei delirarunt, neq; cœlitus in terram delatum, ut Valentiniani quondam finxerant, neq; etiam ἀπὸ Θεοῦ, ut Hilarius, qui Christi corporis cum nostris ὁμοιοῦται quia con- cessit, nullos tamen unquam corporis dolores percipisse, verū omnia verbera & ictus instar aëtis jaculi ictum haud sentientis recepisse contendit, sed verè humanum quoad substantiam & affectus varios, ut sitire, esurire, contristari, defatigari & c. nobis per omnia (excepto tamen peccato) similem fuisse. Conf. Es. 53, 4. Heb. 2, 17, 18. C. 4, 15.

V. III. In ortus sui documentum. Etenim ostendere voluit se juxta promissionem Gen. 12, 13. ex familia & prosapia Abrahami, quæ circumcissione ab alijs gentibus discernebatur, Gen. 17. prognatum esse. Hoc enim Sacramento ceu manifesto symbolo, ne Judæi ullum pretextum haberent, illum ob præputium spernendi demonstrare voluit, se verè de semine Abrahami natum esse; unde etiam Apostolus Christum non angelos, sed semen Abrahæ assumpsisse docet Heb. 2, 16.

VI. IV. In mundanæ sapientiæ contemptum. Voluit Christus suo exemplo circumcissionis ritum tanquam signum gratiæ non contempnere, sed tanquam ordinationem DEI Patris cœlestis isto tempore utilem & necessariā confirmare, cōtra omne humanæ sapientiæ judiciū, cui hoc ritus nihil videtur stultiq; & contemptus.

l. 1. serm.
Sat. 5.
lib 4. Satyr.
4. pro L.
Flacco.

VII. Fuerunt abq; omni dubio superciliosi & nasutuli, qui hoc mysterium circumcisionis riserunt, & ceu ceremoniam ineptam atq; stultam contempserunt, dicentes; quid profit illa preputij ablatio? quid profusio sanguinis tenelli infantis? quid membri corporei vulnus anime? Videamus saltem sapientissimos Ethnicorum, quam salsè loquauntur de Iudæis, qui exagitent & derideant illos propter circumcissionem. Horatius nominat eos Apellas, Martialis recutitos, Catullus verpos. Cicero religionem Iudeorum barbaram superstitionem appellat. Manichæi circumcissionem tanquam rem inutilem, malam & obscœnum characterem criminati sunt.

VIII. Sed rideant quousq; velint, quod hominibus stultitia DEO est sapientia; infatuavit quippe DEVS sapientiam huius mundi, 1. Cor. 1, 20 & quæ stulta sunt secundum mundum, delegit DEVS, ut pude faceret sapientes. 1. 27. Admonemur igitur, ne frenum rationis nostra laxemus, sed illud cohibeamus, & sub obsequium Christi captivemus, 2. Corinth. 10, 5. Animalis enim homo & dextera & sinistra & dextera & sinistra, 1. Cor. 2, 14.

IX. Judæi à πονοδοῖς Immanuelis & Salvatoris nostri hostes novum Testamentum ejusq; sacramenta non recipiunt, sed legem & sacramenta V. T. modicus retinent, ideoq; etiamnum hodiè liberos suos circumcidunt, hancq; circumcissionem ad salutem æternam consequendam, necessariam esse sibi imaginantur.

X. Sed

X. Sed impedit hoc ipsorum salutem. 1. Quicumq₃ enim sive Iudæi sive Græci adhuc circumciduntur totius legis debitores sunt, Gal. 5, 3. nihilq₃ Christus ipsis prodest, v. 2. & 6. Permanere quippe tantum debuit usq₃ ad tempus correctionis, Heb. 9, 10. in generationibus Abrahami, Gen. 17. usq₃ ad plenitudinem temporis, quo DEVS misit filium suum, &c. Gal. 4, 4. qui est finis seu perfectio legis, Rom. 10, 4. Quamdiu igitur Israëlitas propter Messiam ex prosapia & semine illorum nasciturum à gentibus peculiari notâ separatos esse oportuit, tamdiu etiam circumcisionis symbolum valuit; postquam autem interstitium materiae, quod inter illos erat, dirutum fuit, Ephes. 2, 14. omnium gentium nationes in unum Christi ovile ducti sunt, peculiare hoc signum expiravit. 2. Quia circumcisio fuit typus Christi, quo præsentem veluti umbra evanuit. Quemadmodum enim ad splendorem Solis umbra perit; sic Sole iustitiæ Christo IESU mundum hunc irradiante, omnis simul umbra externarum ceremoniarum, in populo Iudaico sublata estq₃ in Novi Testamenti splendorem conversa. 3. Neq₃ circumcisio, neq₃ præputium in N. T. valet, sed fides per dilectionem operans, Gal. 5, 6. 4. Quia unanimi Synodi Apostolicæ decreto abrogata, Act. 15, 24. 25. Et 5. in ejusdē locum Baptismus substitutus, Col. 2, 11. 12.

XI. Objiciunt, dici fœdus æternum. Sed Resp. 1. quod vocabulum בְּרִית sit æquivocum, & aliquando significet perpetuitatem infinitam, aliquando verò perpetuitatem restrictam & certo

tempore duraturam, ut hoc loco & alibi, aliàs enim omnia sacrificia, de quibus vocabulum hoc usurpatur, in æternum quoq; permansisse sequeretur, quæ tamen finem habitura David præcixit C. 9, 27. Jer. 3, 16 ipso factò etiam circiter 1600. annos abrogata fuerunt. 2. distinguitur inter fœdus ipsum & signum fœderis, fœdus est perpetuum, sed non circumcisio, quæ est signum fœderis, illud sublatum, hoc manet in æternum; sicut fœdus in Baptismo inicum est verè æternum fœdus in altero etiam beato seculo duraturum licet Baptismus ipse suum habiturus sit finem, sublato toto ministerio verbû & sacramentorum in novissimo die.

XII. Apostoli verò eam retinuerunt 1. non tanquam ad salutem necessariam, sed tanquam ceremoniam liberam & ad tempus adiaphoram. 2. propter infirmitatem Iudeorum, Act. 16, 3. ut hac occasione eos lucrifacerent, 1. Cor. 9, 19, 20. Quando verò eam ut signaculum fidei ad salutem necessariam circumcisi urgebant, Apostoli planè eam abrogarunt, Gal. 2, v. 3. & 4. Act. 15, v. 24. & seq. quæ abrogatio adhuc hodiè rectè perdurat. Ex quibus patet circumcisionis à Theologis orthodoxis rectè dari triplicem respectum, 1. est necessitatis, 2. libertatis, 3. abrogationis. Ille fuit in veteri Testamento; iste in principio Novi, hic hodièq; obtinet.

CAP. III. XIII. Cæterum cum circumcisio Christi velut typus fuerit alterius circumcisionis novæ & spiritualis per eundem in fidelium cordibus faciendæ, & verò Diabolus nos, cujuscunq; simus sexus

sexus sive viri sive foeminae, in juvenili, virili & senili aetate tentet, in juvenili luxuria, in virili superbia, in senili avaritia, circumcidamus etiam toto vitae nostrae tempore, Cor, ne ex eo ebulliant cogitationes pravae, adulteria, cades, furtum &c. Matth. 5, 19. carnem ne ardeat flammis libidinum, Eph. 4, 12. Gal. 5, 24. Tit. 2, 12. Aures, ne obturentur in audiendo verbo DEI, Ps. 95, 8. neve imbuantur falsis opinionibus, vel gestiant audire res futiles & inutiles, sed verbum DEI & quicquid DEO gratum & proximo utile. Oculos ne sint pleni adulterij, Matth. 5, 28. 2. Pet. 2, 14, neve respiciant vanum, Psal. 119, 37. sed spectent ad levitiam DEVM nostrum donec gratiam fecerit nobis, Psal. 123, 2. Os & linguam, ne loquantur blasphemiam & mendacium, Psal. 12, 3. Rom. 2. 24. nilq; temere vel de DEO & ejus operibus vel de proximo effutiant, sed pia & pudica loquantur, quae faciant ad laudem DEI, Psal. 51, 16. & ad edificationem, Eph. 4, 29 manus, ne amplius furentur, sed potius laborent, ut possint eleemosynas distribuere, Ephes. 4, 28, neve etiam corpus proximi ledant, & innocentem sanguinem effundant, Deut. 27, 25. Pedes ne vadant ad illicita, & properent ad malum, Prov. 6, 18. neve via peccatorum insistant, Psal. 1, 1.

SECTIO II. De nomine JESU.

XIV. Quemadmodum in institutione Sacramenti circumcisionis, Genes. 17. DEVS ipse nomen

A 5

אברהם

אֲבִירָם quod patrem excelsum significabat ab אָב
pater & אֲבִירָם exaltari, excelsum esse, auxit litera
ת. אֲבִירָם quod denotat patrem multitudinis
seu plurimarum gentium à rad. אֲבִירָם multipli-
cari, quam Etymologiam DEVS ipse tradit; sic et-
iam in populo DEI mos iste (quem etiam nos Chri-
stiani hodiè ut laudabilem in Baptismo retine-
mus) imponendi liberis in circumcissione nomina
inolevit.

XV. Cùm igitur Christus Circumcisionis Sacra-
mentum in carne recipere vellet, nomen à re ipsa
(quemadmodum Adam à rubra terra à rad. אֲדָם
rubuit, & Jacob ab אֲבִירָם supplantavit, Gen. 25,
v. 26. & 33. Noah à consolatione, Gen. 5, 29. Na-
bal à stultitia, 1. Sam. 25, 25. Salomon à pace,
Rehabeam à flagello, Joannes Baptista à gra-
tia &c.) salvationis scilicet opere אֲבִירָם. Ἰησους.
JESUS, quod etiam cùm antea tum post conce-
ptionem Mariae & Iosepho ab angelo mandatum
erat Luc. 1, 31. Matth. 1, 21. accepit.

XVI. Quidam verò inter quos Basilius, quæsive-
rant huius nominis originem in lingua Græca à
Fut. ἰησους, ex quo si α in η vertatur, facile oriatur
nomen ἰησους, quod apud eos ἰατρον medicum
significat. Alii volunt esse compositum ex יהוה
quod exprimat divinam Christi naturam deno-
tetq; Dominum, & אֲבִירָם quod innuat humanam
ejus naturam, & significet heros seu virum, & cùm
ante Christum vocabulum τωραγε ἀμματος
יהוה fuerit ineffabile, interposito אֲבִירָם in nomine
JESU

JESU sive Iehoschua effabile factum esse, quae
opinio fuit Osiandri citantibus Flacio & Che- Flac. part. 2.
mnitio. suae Clavis

XVII. Haec derivationes licet bonâ intentione inven- Tract. 6. de
te, & etiam Filius DEI medicus appelletur, Exod. nomine Iesu.
15. v. ult. Salvatorq; noster re verâ sit Θεσπρω- Chemnit. in
π & יהושע Germanicè Gottmann vel Harm. Ev-
Gott und Mensch! tamen dulcissimum hoc no- ang. c. 9.
men JESU origine suâ Hebraeus est & יהושע

vel quod ex eo contractum videtur יושע (ut יושע
pro יהושע Psal. 81, 6.) scribitur; sicuti etiam filius
ille Iohedec, qui apud Haggæum & Zachariam
יהושע Hertzæ 2, 2. & c. 3, 2. Nehem. 7, 7. יהושע
(: mutata in propter literas rejectas) ut & filius
Nun יהושע Nehem. 8, 17. יהושע (Act. 7, 45.
in σ 85) contra assertionem Galatini, qui eos יהושע
vocatos esse omninò negat, vocatur Conf. etiam 2.
Paralip. 31, 15. & Col. 4, 11. ubi hoc nomen etiam
alijs tribuitur.

XIIX. Descendit verò à Rad. יהושע in hiphil
(עשע enim in kal non est in usu) quod idem est ac
servavit, salvavit, salvum fecit, opitulatus est; A
quo preposita litera י Iod, vel à Fut. mutato י Iod
in penultima in ו vas Heemanticum facile formari
potest יהושע. Et licet tertia futuri regulariter
sit יושע aliquoties tamen interposita ו legitur,
ut 1. Sam. 17, 47. Psal. 116, 6.

XIX. Retinet autem caelestis nuncius scriptionem &
pronunciationem Graecam tum temporis in populo
DEI usitatissimam & יהושע vel יושע vertit
per

per ἰησοῦν. Ne autem scrupulus alicui injiceretur propter istam scriptiois & pronunciationis varietatem, ipse radicem subicit, inquiens Matth. 1, 21. vocabis nomen eius IESVS; ipse enim salvum faciet populum a peccatis ipsorum. Confer Act. 14, 12. & Hebr. 2, 10. Græci σωτήρ & σωζέω. Latini servatorem à servando vel potius salvatorem à salvando, quia fatente ipso Cicerone vocabulum σωτήρ & σωζέω plus significat quàm servatoris. Germani Heiland/ vel ab heilen/ à sanandis vulneribus nostris lethali- bus, vel ab heiligen/ vel des Landes Heil. Liquec ex his parum rectè scribi IHESVS, vel per abbrevi- ationem cum superimposità cruce JHS, quæ scri- ptio Pontificiis & Jesuitis familiaris.

XX. Denotat autem non solum nomen proprium: יֵשׁוּעַ sed ipsam quoque salutem יְשׁוּעָה ut vel ex unico 12. Cap. Esaiæ liquec, ubi ter vocabulum יְשׁוּעָה reperitur, v. 2. & 3. Quod vocabulum LXX. Interpretes per σωτήριον vel σωτήριον commo- dè reddiderunt, quod etiam Simeon in præclaro suo de Messia testimonio retinere voluit, Luc. 2. vers. 30.

XXI. Nihil autem refert, quod dulcissimo hoc no- mine JESU etiam alij indigitari fuerint, ut filius Nun, Jos. 1. Act. 7, 45. Hebr. 4, 8. Filius Josedec, Hagg. 1, 1. G. 2. v. 2, & 4. Zach. 3, 3. Eccles. 49, 14. Filius Syrach, Syr. 50, 28. Adum- brarunt enim hujus nostri IESVS, ut nomen ita & res, potentiam, ut Josua filius Nun, qui erat he-

ros fortissimus, sanctimonium ut Iehosua filius Iosedec. quē
sacerdos sanctissimus, sapientiam ut IESU filius Syrach, quō
doctor eruditissimus, & sic tantum δεσπότης, ut loquitur Cl.
Jacobus Martini † Praeceptor & Promotor meus honorandus, illis
hoc nomen tribuitur, vel quia sunt typi veri huius nostri Salvato-
ris. Iosua enim dux adumbravit officium Regium, Iosedech sacer-
dotale; Iesus Syrach, doctorale seu propheticum, vel ut nomen i-
stud sit recordatio salutis nobis per Christum acquisitae vel acqui-
rendae. († lib. 3. de trib. Elohim c. 2.)

XXII. Hic enim verè est dux potentissimus Act. 3. 14. Mich. 5. 2.
Daniel. 9. 25. Pontifex fidelis Hebr. 2. 17. aeternus Hebr. 6. 20.
Ps. 110. 4 doctor eruditissimus Es. 50. 4.

XXIII. Quemadmodum autem verbum *ΥΙΟΥ* ita usurpatur, ut
simul complectatur terminum salvationis à quo & ad quem, de
quibus videatur Chemnitius.* Sic etiā Christus est noster Sal-
vator non tantum ratione termini à quo, quod nos à maledictio-
ne legis, ab ira DEI, à mortis & Diaboli potestate liberet, sed et-
iam ratione termini ad quem, quod conferat nobis illuminatio-
nem, sanctificationem, adoptionem, justitiam, salutem, aliāque
innumerabilia dona spiritalia. (* Harmon. Evang. c. 9.)

XXIV. Quod vero etiam Pater Salvator vocetur; Fit hoc ideo
quia salvatio est opus ad extra & sic totius Trinitatis. Recte si-
gitur etiam DEO patri ascribitur, respectu scilicet suae miseri-
cordiae & nostrae miseriae; Filio autem respectu acquisitionis &
meriti.

CAP. II.

XXV. His ita disputatis, quæritur an nomen JESU sit
novum? Ansam huius quæstionis dedit illud Esa. 62. 4. &
vocabitur tibi nomen novum, quod os Iehova declaravit. Sed
Resp. quod dictum illud πρῶτος loquatur de dilectā Christi
sponsā, Ecclesiā, cui pollicetur, gratiam, auxilium, laudem &
gloriam amplissimam.

XXVI

XXVI. Sin auttm quis illud ad sanctissimum nomen IESV tan-
quam caput Ecclesie referre velit, regerimus novum illud esse ra-
tione 1. impositionis, quia novo & mirabili modo ab angelo
ei est impositum. Et vocatum est, inquit venerabilis Beda, no-
men eius gloriosum, omniq; cultu dignissimum, nomen quod est
supra omne nomen, non decuit primum ab hominibus appellari,
neq; ab eis inferri in mundum. 2. plenariae manifestatio-
nis in N. T. per praedicationem Evangelij Luc. 24, 47. Act. 10, 43.
Alias etiam in V. T. nomen hoc non solum Prophetis & Iudeis, ut
ex suspirijs Iacobi Gen. 49, 18. Conf. Es. 35, 4. & Matth. 11, 5.
Item Es. 62, 11. Hebr. 3, 18. Luc. 2, 30. ut & ex nominibus Iehosua
duxis, Iehosua Sacerdotis & Iesus Syrach, sed etiam multis Eth-
picorum in medio Ethnicismo manifestatum fuisse, ex Sybillarum
testimonijs, quae vetustissimi patres saepius citant, liquet. 3. signi-
ficationis, non enim notat Salvatorem terrestrem sed caelestem,
non corporalem & vulgarem, sed spiritualem, non temporarium
sed perpetuum. 4. innovationis, Esai. 43, 19. Ezech. 36, 26.
2. Cor. 5, 17. Apoc. 21, 19.

CAPVT III.

XXVII. Diserte & rotunde dicit Angelus Matth 21. Messiam ideo
IESVM vocari debere, quia saluum facit populum a peccatis
ipsorum. Angelicae huic assertioni ἀπλως contradicunt Pho-
tiniani, qui licet Christum causam nostrae salutis instrumenta-
lem concedant, eius tamen fontem & causam primam sive meri-
toriam pernegant, contra clarissima Scripturae oracula, in quibus
dicitur δεχνηγος princeps sive auctor της ζωης, Act. 3, 15. της σω-
τηρίας, Hebr. 2, 10, in quo & in nullo alio salus, Act. 4, 12. Hinc
etiam dat fontem aquae salientis in vitam aeternam, Ioh. 4, 14.
est fundamentum, praeter quod aliud poni non potest. 1. Cor. 3, 11.
& per eius nomen omnes accipiunt remissionem peccatorum, Act.
10, 43. Conf. 1. Ioh. 1, 7. cap. 2. 2. Rom. 3, 25. Hebr. 9, 12.

XXIIX. Hisce nominis IESV (quod est nomen delectabile, nomen conserians, quo nil canitur suavius, nil auditur iucundius, nil cogitatur dulcius, cuiusq; pronuntiatione totum os mirâ suavitate repletâ) contemptioribus affines sunt Calviniani, qui gravitate quâdam virili ad auditum ipsius vel genua flectere vel capita nudare erubescunt, quid? quod alios facientes false invidere supersticiososq; proclamare non dubitent.

XXIX. Verum hac ratione & Abraham Gen. 17, 3. Moses & Aaron, Num. 16, 4. C. 22, 45. David 2. Sam. 12, 16. David c. 6. 10. Salomon 2. Chron. 6, 13. Magi ab Oriente, Matth. 2, 11. Petrus Act 9, 40. Christus ipse & alij, qui omnes in facies & genua prociidendo adorarent, supersticiosi dicendi sunt. Externa enim ceremonia genuflexionis ut & capitis nudationis solet esse index internæ cordis devotionis & pietatis, quod in corde Christum amemus, honoremus, interius & ex corde coram eo nos humiliemus. Ipsius quippe oratio, ut loquitur Cassiodorus, est perfecta, cuius & causa clamat, & lingua & actus, & sermo & vita, & cogitatio. Ideoq; etiam Regius Prophetæ David utrumq; coniungit, Psal. 22, 30, omnes pingues in terrâ edent & adorabunt coram eo genua flectent omnes &c. Conf. 1h. 95, 6. 1. Cor. 11, 4. Phil. 2, 10.

XXX. Inquis, cur autem duntaxat audito nomine IESV genua flectimus & capita nudamus, non verò quando vocatur filius Dei, filius Mariæ, Christus &c. Resp. 1. Filius DEI, Mariæ ea sunt ejus cognomina, hoc verò ejus nomen proprium. 2. quia hoc nomen, ut Galatinus (lib. 3. de arc. Cath. ver. c. 20.) monei, totum nostræ salutis processum, principium, medium ac finem sufficienter continet, quare & cetera omnia includuntur. 3. & quidem præcipue ob praxin majorum nostrorum, quam Calviniani sine probabili ratione non absq; summo infirmorum scandalo damnant & tanquam ceremoniam idololatricam traducunt.

XXXI. Abominanda verò & detestanda horribilis Judæorum blasphemia est, qui lit. radicalem ^U ex nomine IESV extriverunt, ne à salvandi officio nomen habeat, eumq; non ^U sed secundum suas abbreviaturas ^U mendacem & impostorem cuius nomen deleri debeat, impuro ore proclamitant, & ad ejus ut & alicujus Christiani nomen tera vice expuunt. Expuet eos DEVS iterum ex ore suo &c. Zach. 12, 10, Apoc. 1, 7.


XXXII. Turpissimè etiam hoc nomine abutuntur Ignatii Loloæ creaturæ, qui glorioso Suitarum, Jesuitarum volebant titulo superbiunt, quasi ipsi soli fratres socij; IESV sint, cui tamen ore & opere impudenter contradicunt, dum non salvati, sed salvatores esse satagunt. Addantur his veneficæ & incantatores, qui suas actiones in nomine IESV ordiuntur; superstitiosi, qui illud à collo in charta scriptum contra infirmitates suspendunt; blasphemi, qui Sacramenta & vulnera IESV alijs in perniciem imprecantur.


CAPVT IV.

xxxiii. Si scribis, non sapit mihi, nisi legero ibi JESUM, si disputes aut conferas non sapit mihi, nisi sonuerit ibi JESUS. Psallite nomini ejus, quia suave est, hortatur Psalter, Ps 135, 3. Revera dulcissimum nomen Jesu suave est, delectat enim gustum, quia mel in ore; delectat auditum, quia melos in aure, ut meritò dicat sponsa, Cant. 2, 14 sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & facies tua decora; delectat omnem interiorem affectum, quia júbilus in corde. Breviter omnia JESUS nobis est, si curari desideramus, medicus est, Exod. 15, 26. si febribus æstuamus, fons est, Psal. 36, 10. Jer. 2, 13. Joh. 4, 14. si gravamur iniquitate, justitia est, Jer. 23, 6. si auxilio indigemus, virtus est, Psal. 24, 8. Psal. 29, 11. Psal. 41, 2. si ire desideramus, via est, Joh. 15, 5. si tenebras fugimus, lux est, Joh. 8, 12. si cibum appetimus, alimentum est & panis vitæ, Joh. 6, 25. Gustate igitur & videte, quàm suavis est Dominus. Piura propter chartæ angustiam addere non licet. Ergo dulcissime Christe JESU

Tu esto nostrum gaudium,
Sit nostra in te gloria,


Qui es futurus præmium
Per cuncta semper secula.





B.I.G.

Farbkarte #13



OLOGIAS SACRÆ
io vigesima Sexta

DE
MCISIONE

ET
O nomine JESU.
Quam.

ente Θεολογίας
B PRÆSIDIO

ASARIS MEISNERI
Theol. D. & P. P.

collegio ad disputandum
proponit

LOMÆUS DAVID
ebienfis Anhaltinus,
em 12. Septemb. boris pome-
ridianis

ditorio minori.

TEBERGÆ
Gorman excudebat,
clo. Is CXIX.

